



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

365. De fide ac spe nostræ resurrectionis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

III. Et nunc, fratres, scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Deus autem, quæ prænuñciavit per os omnium prophetarum, pati Christum suum, sic implevit. *Actor. 3. v. 17. & 18.*

MEDITATIO CCCLXIV.

In solo IESU Christo salus omnium consistit.

I. **H**ic est lapis, qui reprobatus est à vobis ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio aliquo salus. *Actor. 4. v. 11. & 12.*

II. Nec enim aliud nomen est sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. *Actor. 4. v. 12.*

III. Deus patrum nostrorum suscitavit IESUM, quem vos interemistis, suspendentes in ligno. Hunc principem & salvatorem Deus exaltavit dextrâ suâ, ad dandam poenitentiam Israël, & remissionem peccatorum. *Actor. 5. v. 30. & 31.*

MEDITATIO CCCLXV.

De Fide ac Spe nostræ resurrectionis.

I. **P**enetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, &

372 GLORIA IESU REDIV,
& illuminabo omnes sperantes in Domino.
Eccli. 24. v. 45.

I I. Ecce ego aperiam tumulos vestros,
& educam vos de sepulchris vestris, populus
meus: & inducam vos in terram Israël. *E-*
zech. 37. v. 12.

II I. Nolumus vos ignorare, fratres, de
dormientibus, ut non contristemini, sicut
& ceteri, qui spem non habent. Si enim cre-
dimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit;
ita & Deus eos, qui dormierunt per IESUM,
adducet cum eo. *Paulus 1. Thessal. 4. vers.*
12. & 13.

IV. Hæc est voluntas ejus, qui misit
me, Patris: ut omne, quod dedit mihi, non
perdam ex eo, sed resuscitem illud in novis-
simo die. Hæc est autem voluntas Patris
mei, qui misit me: ut omnis, qui videt Fi-
lium, & credit in eum, habeat vitam æter-
nam, & ego resuscitabo eum in no-
vissimo die. *Ioan. 6. v. 39.*

¶ 40.



CON-